



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de
monte Carmelo**

Trithemius, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1643

Elogivm Ordinis Carmelitarum Ex libro XVI. Theatri vitæ human. L. B.
Commendatur ab antiquitate & institutoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

ELOGIVM
ORDINIS CARMELITARVM,

Sive

Fratrvm B. MARIÆ semper Virg.
de monte CARMELO.

Ex Libro XVI. Theat. Vita Humana L. B.

COMMENDATVR AB ANTIQVITATE,
ET INSTITVTORIBVS.

Agnoscat hic Ordo religiosus primos suos In-
stitutores & velut fundatores ELIAM & ELI-
SEVM Prophetas veteris Testamenti. Quos
tanquam instituti monastici *Principes & Auctores*,
veterum plerique sentiunt. Siquidem plures disci-
pulos & sequaces eos habuisse, qui sub certa norma
per eosdem tradita, locis ab hominum consortio
remotis, vitam in castitate, austeritate, ac contem-
platione rerum diuinarum transigebant, vel ex sa-
cris literis non obscure colligitur, dum sub nomine
Filiorum, id est, *discipulorum Prophetarum*, istius-
modi congregatio non semel describitur, vt aduer-
tit Nicol. de Lyra, *in Glossa super lib. 4. Reg. cap. 2. Lyra in 4.*
vbi expresse Scriptura testatur, *Filios Prophetarum Reg. c. 2.*
mansisse in Bethel & Iericho: cum ELISEVS man-
serit in monte Carmelo; alij in Samaria, Galgalis,
monte Effraim: alij iuxta Iordanem, vt varijs Scri-
pturae testimonijs docetur: qui omnes, vt scribit *Cassian. 1.*
Cassianus, Mosaicæ legis mandata superarunt, & se-
metipsos Deo obtulerunt. *pa. coll. c. 4*

In lege autem gratiæ Ioannes Baptista venit in
spiritu & virtute ELIÆ, & conuersatus circa Iorda-
nem in deserto, vt existimatur, cum ijs qui ibidem
normam viuendi ab ELIA obseruatam, ab Eliseo
quoque traditam, sub nomine *Prophetarum* viue-
bant,

bant, Carmelitani instituti zelatores. Ita de hac
S. Bern. ad S. Bernardus ad Fratres de monte Dei: Antiqua ha-
Frat. de reditas Ecclesiae Dei est, à tempore Prophetarum
monte Dei demonstrata (loquitur autem de monasticis institutis) iamq; noua gratiae sole exorto, in *Ioanne Baptista* instaurata & renouata. Et *Philippus Abbas Hierapolitanus*, super caput primum *Ioannis*, ubi dicitur, *Miserunt Iudaei ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem Baptistam*. Addit ille, habitantem cum Carmelitis confratribus suis in eremo prope fluenta Iordanis, ubi Carmelita filij Prophetarum manebant. Ioannes vero XLIV. Patriarcha Hierosolym. asserit ipsum *Ioannem* omnes hos baptizasse atque ex his fuisse illos, quos ad Christum ipse misit qui eum rogarent: *Tu es qui venturus es?* &c. Sunt qui non improbabiler sentiunt viros istos Religiosos, qui describuntur habitasse Hierosolymis, dum Spiritus sanctus in discipulos descendit, *Act. cap. 2.* ex horum collegio fuisse, & ab *Apostolis* mox baptizatos & instructos, eorumq; exstitisse coopitulatores. Cuius rei testem habemus *Iosephum Antiochenum in Speculo perfecta milita Ecclesia primitiu* c. 12. & 72. dicentem, sequaces sanctorum Prophetarum *ELIAE & Elisai* de monte Carmelo descendentes, per Galilaeam, Samariam & Palaestinam, fidem Christi constantissime sparsisse. Quin & *Eusebius Caesariensis in Historia Ecclesiastica* meminit germinis *S. ELIAE*, Apostolorum tempore iam pullulantis, & in Ecclesia plurimum utilitatis proferentis. Sic & Antiochia erant in Ecclesia, ait *Lucas Act. cap. 13.* Doctores & Prophetae, in quibus *Barnabas & Simon* qui vocabatur *Niger*, & *Lucius Cyrenensis*, & *Manahen*, &c. Denique ex horum con-
 tubernio fuisse creduntur *Silas comes Pauli*, *Martialis Episcopus Lemouicensis*, *S. Petri consanguineus*: *Nathanael germanus S. Philippi*, & plures alij quorum nomina sunt in libro vitæ. Apud *Philonem* quoque celebris fit mentio virorum spiritualium, qui

S. Bern. ad Frat. de monte Dei

Philippus Abb. Hierapolit. in c. 1. Ioan.

S. Io. Bapt. Carmelitas baptizauit, & ad Christum misit.

In festo Pentecostes cum Aplos Spiritus acciperunt, quorum deinde coadiutores fuere in disseminanda fide Christi.
Euse. l. 10.

qui supra quatuor millia numero Palæstinam incolabant, ac Sanctorum nomen æstimationemq; obtinebant apud omnes passim. Igitur vt ELIAS Religionem *Carmeli* inchoauit in lege veteri: sic in noua S. IOANNES circa *Jordanem*, & B. ENOCH quidam in *Carmelo*, eam continuarunt, alijsq; post se traderunt.

A PATROCINIO B. MARIÆ VIRGINIS, ET APPELLATIONE NOMINIS.

Sicuti agnoscit hic Ordo Patrem ELIAM, ita Matrem DEIPARAM veneratur: Vnde & FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO, passim indigitantur, quicumque huius Ordinis instituto mancipantur. Ferunt S. *Simonem Stock* Anglum huius Ordinis Generalem, virum singulari erga Deum & Deiparam deuotione & pietate, precibus à B. Virgine impetrasse sacrum Scapulare, donum miraculolum, & quod *Rom. Pontifices* varijs postmodum Indulgentijs cumularunt, ac illius usum omnibus Christi fidelibus commendari voluerunt. Erecta est in honorem Scapularis Carmelitani Sodalitas, multis gratijs locupletata.

Scribit autem IOANNES *Hierosolymitanus* (cuius scripta exstant *Tom. 9. Biblioth. SS. Patrum*) cap. 36.

Monachos Carmelitas anno Incarnationis Domini *Fuit hoc se*
cæ 53. ædificasse * Oratorium in honorem Deiparæ *cũdũ Sacel*
Virginis, in eoq; laudes ipsius percoluisse, atque ex *lũ à Carm.*
hinc passim Fratres S. MARIÆ de Monte Carmelo es- *in monte*
se indigitatos. *Carmelo*

Quin & *Dionysius Carthusianus*, quem sequitur *in B. V. ho-*
Bergomensis lib. de illustribus Fœminis, & *Guilielmus nozem con-*
Einseger. affirmant, ipsam Virginem benedictam *structũ; præ*
Monasterium centum & quinquaginta Monialium *mũ enim*
instituisse, eiusq; curam habuisse. Cum vero nullum *ipsa viuers*
tunc institutum monasticum viguerit præter illud *te, non disse*
quod ELIAS profitebatur, non vana coniectura datur *post Dom.*
intelligi, etiam ipsam Virginem huic se dedicasse. *Pass. ere-*